Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Animus.dñs.corpus.vas.

Animus id est homo.

M. Tullius

Tull'. de legibus

utrobiq; saltus insidet & offensacula pedibus latenter opponat: / tuq; res
tuas proprias: in quibus nunc agis. suadeo: ut pro tua virtute aut cōtem
nas si potes. aut non magnopere inveris. Memento & veri parentis tui.
& in quam civitatem nomen dederis. & cuius ordinis fueris: / intelligis
profecto. quid loquar. nec u. te suspicio. aguo. civis mte ne suspitio ulla est
quidem ulla est: sed eaque dico. ad mentem referenda sunt: non ad cor
pus: cuius omnis ratio ideo comparata est. ut animo tamq; dñō serviat & re
gatur nutu eius: Vas est u. quodāmodo fictile: quo animus. id est homo ve
rus continetur. & quidem non a promotheo fictus. ut poete loquuntur:
sed a summo illo rerum conditore atq; artifice deo: cuius divinam provi
dentiam pfectissimamq; virtutem nec sensu comp̄hendere. nec verbo
enarrare possibile est: Temptabo tamen qm̄ corporis & animi factura me
tio est utriusq; rationē q̄dam pusillitas intelligentie mee pudet expli
care. Quod officium hac de causa maxime suscipiendum puto. qr. M.
Tull. vir ingenij singularis in quarto de re publica libro: cum id facere
temptasset. nihil prorsus effecit. Nam mām lete lacte parentem angustis
fimbus terminant leviter summa quaq; decerpens: Ac ne ulla esset
excusatio cur eum locum non fuerit executus. ipe testatus est. nec vo lū
tatem sibi defuisse nec curam. In libro u. de legibus. primo cū hoc idem sum
matim stringeret: sic ait: Hunc locum satis ut mihi videtur in his li
bris: quos legistis expressit scipio. Postea tamen in libro de natura deorū
secundo hoc idem latius exequi conatus est: Sed qm̄ nec ibi quidem satis
expressit: aggrediar hoc munus & summā mihi audacter explicandum:
qr homo disertissimus pene omisit intractum: forsitan reprehendas qr
in rebus obscuris conor aliquid disputare: cum videas tanta temeritate
homines extitisse. qui vulgo plri nominantur: ut ea: que obscura pro
rsus atq; abdita deus esse voluit scrutarentur ac naturā rerū celestiū ter
narumq; congrerent q̄ a nobis longe remote neq; oculis contrectari. ne
q; tangi manu. nec pspici sensibus possunt: Et tamen de illarū omnium
ratione sic disputant. ut ea que afferunt probata & cognita videri ve
lint: Qui est idem cur nobis invidiosum quisq̄ putet si rationē cor
pis nostri dispicere. & contemplari velimus: que plane obscura non est.
qr ex ipsis membroꝝ officiis & usibus primum singularum q̄tas ipsi provi
dentie quicq̄ factum sit. intelligere nobis licet:

II. Edit u. homini artifex ille noster ac parens deus sensum ac ratio
onem: ut ex eo appareret nos ab eo esse generatos. qr ipe intelli
gentia. ipse sensus ac ratio est: Ceteris animantibus qm̄ ratio